

# PALAESTRA LATINA

## S U M M A R I U M

### Compositiones vertendae.

Pro M. Tullio Cicerone peroratio,	AVENARIUS
Lucretiana,	ORTH
Iliadis I,	VÁZQUEZ
Nova et Vetera	MIR
Acento griego	REGODÓN
Bibliographia,	MAULEÓN
	ALBA
	PLANAS

### Exercitationes scholares,

VERDI, BALLARIN, TEJEDOR,	
SIERRA, ORGE, LOZANO	
Palaestra Exercitatoria,	ORTEGA, VELA
Curiosa et Jocosa,	MAULEÓN

*Ordinarii et Superiorum licentia*

# Compositiones vertendae

## TERENCIO (II)

Habiendo pues acudido (18) a él, le encontró cenando (19) con varios de sus amigos. El cual viéndole pobemente vestido (20), le hizo sentar aparte (21) en un banquillo (22) y con rostro severo (23) le mandó leer su comedia. Pero a los pocos versos le interrumpe admirado el viejo poeta (24), le hace sentar entre muestras de respeto para que cene con ellos (25) y alzados los manteles (26) oye lo restante con grandísimo interés. Desde entonces comenzó Terencio a tener fama (27). Al mismo tiempo (28) se atrajo (29) la envidia de los émulos. Porque habiendo publicado (30) otras comedias recibidas con gran aplauso (31), comenzaron a correr la voz (32) de no haber sido escritas aquéllas por Terencio, sino por los ilustres personajes sus amigos: Escipión y Lelio. Pero más que todos (33) le molestó (34) un viejo cómico, Lucio Lanuvino, que logró tomase tal arraigo (35) aquella acusación (36) que la han venido repitiendo (37) historiadores y poetas.

\*18. *renire*. — 19. *offendere cenantem*.  
— 20, *male restitus; contemptiore vestitu*.  
— 21, *separatim collocare*. — 22, *subsellium*. — 23, *severe ac graviter*. — \*24. *su-  
prímase el sujeto*. — 25. *invitare aliquem  
honeste ut accumbat et cenet una*. — 26.  
*mensam tollere*. — 27. *clarum fieri*. — \*28.  
*Idem*, referido al sujeto — 29, *in se con-  
citare*. — 30, *edere*. — 31. *Maximo plausu  
comprobare*. — 32. *Rumores disseminare o  
spargere*. — 33. *omnium vero maxime*. —  
34, *alicui infensus; alicui inimicus atque  
infensus*. 35, *percrebescere*. — 36, *rumor  
ille, illa opinio*. — 37, *Litteris, scriptis  
mandare*.

\*18. Es frecuente en latín usar el verbo *venire* en sentido de llegar a un sitio.

— \*24. El sustantivo *viejo poeta* se pone aquí según el estilo moderno para indicar la persona anteriormente nombrada; el latín en estos casos se vale ordinariamente del pronombre *demonstrativo* o bien repite, si hay peligro de ambigüedad, el nombre *propio*: aquí sencillamente puede omitirse, pues ya se sobreentiende fácilmente — \*28 Añadase *idem* que toma la significación de «él a sí mismo» y sirve para continuar el párrafo con el mismo sujeto.

## PRO ALUMNIS MEDIIS. — EL AVARO EN LOS INFIERNOS

Murió un hombre avaro que había amontonado (1) grandes riquezas. Cuando llegó a la orilla de la laguna Estigia (2) Caronte, el barquero de las sombras (3), exigióle el tributo (4). Pero aquél, por no pagar el tributo, no quiso subir a la barca (5) y se arrojó al agua (6). Al punto (7) que nadando tocó la orilla opuesta, fué apresado (8) y conducido ante los jueces de las sombras: «Si lo que ha hecho éste, dijo Minos, llega a ser costumbre (9), se acabarán los tributos (10) de este reino. Por lo cual, puesto que éste fué el primero en dar un ejemplo peligroso (11) nada impide que le inflijamos un gravísimo castigo» (12). — «No hay duda (13), repuso Radamanto, que ha de ser castigado con durísimo suplicio. Volvámosle al país de los vivos (14) para que él mismo vea cómo sus herederos deban repartir las riquezas.

1, *congerere*. — 2, *ad Stygis ripam*. —  
3, *umbrarum portitor*. — 4, *obolum*. — 5,  
*in naviculam descendere*. — 6, *in flumen*,  
— 7, *simul ac*. — 8, *comprehendi* — 9, *in  
consuetudinem renire*. — 10, *rectigalia*. —

11, *primus periculosum prodidit xen p'um*.  
12, *gravissima poena a/ficere*. — 13, *haud  
dubium est*. — 14, *ad vivos*. — 15, *dirittias  
profundere*.

## Pro M. Tullio Cicerone peroratio

Interim sextus jam clausus est annus post erectum nobis Fornarium, tertiumque annum silere incipiet ALMA ROMA, menstruum illud Latinitatis praeconitum. Atque illius quidem discessus viri minus habuisset acerbitas, si ipse in pace, propitiore Musis tempore, florentem prolem committere potuisset amicorum manibus; nunc autem tum ipsum praeter opinionem extinctus est, cum ipse jam non paucis levibusve objectus difficultatibus deliberabat, praestaretne continuare an in meliora differre tempora editiones commentariorum non paucis exspectatorum.

Haec paucis diebus ante obitum mihi coram exposuit, cum ad ejus venisse domitium cum postrema parte ejus, quam de M. Tullio Cicerone, oratorum Romanorum principe, ab ipso provocatus suppeditare cooperam elucubratiunculae. Itaque in mortui moderatoris chartis illa inclusa mansit elucubratio, in perpetuum inutilis, nisi PALAESTRA LATINA suis eam foliis ad lucem proferre parata esset. Nunc autem dato veteris jure amicitiae in PALAESTRAM aditu, operaे pretium sit breviter, quae illius elucubrationis origo et ratio fuerit, perstringere.

Cum anno diutius vixisse Romae neque quidquam pabuli ALMAE ROMAE subministrasse, Fornarius amice publiceque ad scribendum me duxerat incitandum. Neque eo anno profecto deerat scribendi voluntas: tempus deerat et aptum, de quo scriberetur a me, argumentum. Tum tamen tam leni vi compulsus non diutius ratus cunctandum de iis sententiam proferendam ducebam meam judicis, quibus hodie non ita raro offuscatur M. Tullii Ciceronis persona et gloria. Nam alte etiam tum haerebat in mente mea cuiusdam familiaris mei vox statuentis desitum jam esse in perpetuum de persona Ciceronis praeclara sentiri inventis epistulis, quas tam fracto muliebriquo animo ex exsilio scripsisset. A Mommseno, celeberrimo antiquitatis exquisitore, detrac tam ei gloriam esse. Nam quem iturum infinitas inventis ad Terentiam litteris paene deletis lacrimis et, quod vita non excessisset, querulis, perspecta etiam in optandis rei publicae partibus titubatione assidua virorum loco magnorum habebit non posse?

Tantae igitur in judicando homine levitati jam tum respondendum censem, exspectabamque occasionem. Eodemque tempore in officina mea inveneram editionem operum Ciceronis omnium quatuordecim factam tomis anno 1837 Venetiis ab Joseph Oliveti, cui editioni tomus additur quintus decimus, qui sic inscribitur: «M. Tullii Ciceronis Historia per Consules descripta et in annos LXIV distincta». Quo ego libro sic oblectabar, cum in eo legerem, quae nusquam cognovissem alibi, ut, antequam ad illam refutationem venirem meam, in medio collocare statuerem, quae ibi de informatione pueritiae et adolescentiae Tullii et quae de ultimo vitae anno indignaque caede ejus explicantur, vitam ejus publicam actionemque satis per se notam posse ratus praeter-

mittere. Et hoc quidem factum est prioribus anni 1942 ALMAE ROMAE fasciculis. Ipsius etiam responsonis vel refutationis meae pars prediit in eo fasciculo, qui paulo post mortem Fornarii mense Septembri ejus anni vel octobri est editus.

Ne tamen res, quae mihi magnopere cordi esset, perpetuo premeretur silentio, lectoribus PALAESTRAE offero quam saepe dico refutationem; quae ut sit integra, etiam priorem illam ex ALMA ROMA partem hic exscribendam curavi.

Et primum quidem facile fateor —hoc fere tum usus eram exordio— multum cum temporibus mutata esse doctorum de virtute et praestantia Ciceronis judicia: fuisse, cum Tullius inter fulgidiora caeli sidera collocaretur, sanctorum fere haberetur loco; fuisse censores, qui nihil fere viro relinquenter boni. Detractorum ejus se facile principem glorietur Mommsen, ceterum historicus haud negligendus, qui in tertio Historiae Romanorum tomo (quam is primum edidit a. 1856, postremum a. 1903) haec canit: «Cicero war als Staatsmann ohne Einsicht, Ansicht und Absicht, als Schriftsteller durchaus Pfuscher eine Journalistennatur im schlimmsten Sinn des Wortes, als Mensch von schwach-überfünfster Oberflächlichkeit und Herzlosigkeit»: quem locum sic interpretor: Ciceronem in re publica nihil vidisse, nulla certa stetisse sententia, nihil certi appetivisse; ut litteratum plane inscium fuisse, fuisse ephemeridarium scriptorem eumque vulgarem prorsus; male etiam fucatam fuisse animi ejus levitatem atque duritiam. Sunt sane haec Mommseniana oracula salsioribus quam verioribus concepta verbis, et ex eo genere verborum, quae serius ocius ipsius petra veritatis quassabuntur.

Tamen interea non pauci talia secuti ingenia impune sibi esse arbitrantur historicarum famam personarum, prout libuerit, obscurare. Et haud scio an et ipse jam audieris qui dicent: vanum fuisse ingenium Marcum Tullium Ciceronem. — eum, qui hominem se vellet in primis politicum, politicae fuisse imperitum, — fuisse rabulam et tornatorem phrasium, — nimium quantum cupidum gloriae saepius se putideque in rebus a se gestis jactasse, — nescisse eum educare filios suos, — fuisse, qui alias nimium mollis et fracti animi dedisset indicia, crudeliorem in Terentiam uxorem.

Sed non et ipse multis jam locis es expertus, quam pauci inveniantur, qui de personis, antiquis praesertim, propriam ferant sententiam? Longe plurimi certe, quod alii ante cecinerunt et ipsi recinunt. Hoc primum. Deinde haec fere est hominum natura, ut in proferendis de aliis judiciis umbras, naevos, vitia ita exaggerent et sola commemorent, ut eorum plenus superlativis sermo nihil in illis quidem hominibus bonum, nihil praestans relinquere videatur. Quae reticentia virtutum in mentibus eorum qui audiunt et qui legunt facit, ut illi, de quibus loquimur aut scribimus, toti nigri sint, eo fere modo quo quidam dissimulatores ita virorum carorum vitas describunt, ut totos lucem, nullam etiam partem umbram fuisse credas. Est haec aperta injustitia ei opposita virtuti, quae suum cuique tribuat, et sibi quae fieri cupiat, etiam

aliis faciat. Injustum est, inquam, eum dicere nullum fuisse, qui in aliquo genere doctrinae, vel in ea, quam profiteatur, arte, exstiterit insignis, in aliis rebus mediocris fuerit, alias ne attigerit quidem. Parum hercule justum est judicium pronuntiare de Ciceronis constantia, repertis in epistulis ad Terentiam uxorem et filiam et fratrem ex duro scriptis exsilio mollioribus quam in viro forti exspectares verbis et lacrimis exclamare jam actum in perpetuum esse de Ciceronis virtute, Ciceronem de numero virorum fortium tollendum jam esse.

Quam multos etiam invenias, qui de M. Tullii indole et de operibus ejus et de gestis ab eo rebus sententias crepantes suas vere fateri debeant vix unam se aut alteram orationem ejus, nihil aut non multum legisse de scriptis ejus philosophicis, nihil se legisse operum ejus rhetoricorum, nihil fere epistularum ejus. Quod nisi ita esset, non audiremus totiens etiam doctos homines tam indigne garrire de implexis Ciceronis periodis deque Ciceronis loquendi genere universo hisce jam parum accomodato temporibus.

Romae.

(sequar)

ANDREAS AVENARIUS, S. V. D.

## LUCRETIANA

Cicero, qui primus Lucretii carmen «de rerum natura» edidit, de poëtae persona et opere ita judicavit: «Lucreti poëmata, ut scribis, ita sunt: sine multis luminibus ingeni, multae tamen artis» (*ad Quint. fr. II 9, 3*, anno 54, mense Febr.) Lucretius Epicureus fuit, cui philosophorum sectae Cicero vehementer obtrectavit, contra Epicurum et studiose disputavit (cfr. *de fato*, 16). Quapropter Lucretio ipsi non multa mentis lumina, id est: non multas et proprias sententias attribuit; nam poëta, ut opinabatur summo jure Cicero, ex multis operibus priorum philosophorum vatumque omnes fere ideas seu sententias ad librum *de natura rerum* pertinentes excerpserat; Lucretius igitur non tam proprias cogitationes quam centonem aliorum poëtarum et physiologorum Graecorum compegit. Admirabilis autem erat ars poëtica Lucretii, quam merito magni aestimavit Cicero; propter has virtutes poëticas —non philosophicas— oratorum romanorum princeps opus poëtae postumum publici juris fecit. quem editor ob indolem metrorum magnificam in amicis numerasse videtur.

Quod quidem opus jam antiquis temporibus, primis post Christum natum saeculis, compluribus variisque editionibus divulgatum, adhuc non paucis mendis refertum exstat, quae ex antiquitate formarum latinarum et ex varietate grammaticae antiquorum editorum exorta necdum prorsus deleta sunt.

Ad vitia textus emendanda maxime his duabus editionibus usus sum:

Ea, quam H. Diels (Berolini 1923) edidit, multa falsa et multa probanda protulit; imprimit vero studia Lucretiana acriter integravit et laudabiliter promovit, linguam Lucretii a fontibus veris genuinisque derivans.

Altera, quam I. Martin (in Teubneriana Lipsiae 1934) curavit, stat ab humanistis italis, qui verba poëtae ad normam grammaticae politissimae prosaeque Ciceronis correxerunt et crebrius erraverunt.

Editio, quam A. Ernout, Parisiis iturum ac saepius vulgavit, quasi in usum Delphini edita videtur, quare nullum progressum in philologia Lucretiana significat.

Editiones tandem Oxonienses Cyrilli Bailey, philologi anglici, semper textus formam rigidam sterilemque temporum renatus humanitatis apud italos prae se ferunt; ejusdem tamen Bailey novissima trium voluminum editio mihi nondum ante oculos venit.

Nunc singulos Lucretii locos breviter corrigamus:

## I

6: te, dea, defugiunt venti...

Verbum fugiendi praefixa particula «de» augendum est, ut fuga ventorum efficacius exprimatur; hoc ipso loco epanalepsis necessaria non erat, utpote cum bis «te» et bis «tibi» harmonicum parallelismum efficiant. «dea, defugiunt» juncturam artiorem alliteratione et similitudine primae syllabae «de» procreant.

50: quod superest, *verbis* vacuas auris...

Haec appellatio patroni duas partes, exteriorem et interiorem, comprehendit: exterior pars *auris* respicit *vacuas*, sed objectum ad «*vacuas*» adjectivum relativum desideratur, id est «*verbis*»; interior pars est animus semotus a *auris*; *auris* et animus parallelismum reaesentant; curis correspondent «*verba*»; hoc optimum complementum hujus versus mutilati videtur.

269: accipe praeterea: *quor* corpora...

*quor* significat: *cur*; *quor* non intellectum, in «*quod*» mutatum est.

271: venti vis verberat incita, *corus*...

*corus* significat ventum septentrionalem, qui poëtae exemplo vis venti est. Error scripturae in codice hoc modo evasit: *corus*, *cortus*, *corpus*, *portus*, *pontus*.

276: saevitque minaci murmure *sonter*.

«*sonter*, adverbium adjectivi «*sons*» significat «funeste, nocive»; est alliteration: *saevit...* *sonter*. Palaeographice finis -er et -us similiter scribuntur; sic *sonter* et *pontus* confundebantur.

412: e fontibus *almis*.

Scriba «*almis*» in «*amnis*» mutavit ratus *amnis* semper cum fontibus conjungendos esse.

491: fero *fermenti* saxa vapore;

*fermentum* erat vocabulum rarum, quare hoc loco *inuria* substituebatur adjectivo «*ferventi*».

527: quae spatium *paena* distinguere possint inane.

*paena* recte sic scribendum, unde «*poena*» scriba fecit.

«*paena*» est ablativus modi aequa ac «*rectā*, *mixtā*». Ad «*paenā*» pertinet

«paene, paenissime», forma adverbii, quod ad adjективum jam perditum «paenus» ponendum est, a quo «penuria» = necessitas (dira), inopia derivatur. «Paenus» significat: «ad extremum ducens»; est gradus nondum prorsus occupatus et ille gradus, qui statum accuratum (=αριθμός) antecedit; «paenā» est forma magis poëtica et antiqua.

703: *ignis, vitam* tamen esse relinquit.

hoc vocabulum «vitam» e contextu verborum et e sententia supplendum est, propter homoioteleton et homoiarcton *vitam* tamen perditum.

723: Aetnaea... rursum *in se* colligere iras.

«in» post *m* (adverbii *rursum*) haplographia periit.

744: *aëra, sal, ignem, terras.*

«sal» neutrius generis est et aquam significat. cf. ERNOUT-MEILLET: *Dictionnaire étymologique* (Paris 1939) 887. error scribae sic exortus est: *sal, salem, solem*. *Sal* = *mare*, cfr. Kleostratos astrologus Tenedius (c. 525 a. Chr. n.) in astrologia poëtica scripsit «eis hala (= sal = mare) piphei». (cfr. DIELS-KRANZ: *Die Fragmente der Vorsokratiker* I Berlin 1934, 42, 3).

752: consistere *ibidem*.

«ibidem» ex versu 748 patet, ubi «in rebus» legitur, quae 752 ad sensum recurrunt.

758: quorum utrumque quid a vero iam distet habessis.

*habessis* est modus conjunctivus aoristi sensu potentiali. Haec forma antiqua in tabulis duodecim occurrit. cfr. STOLZ-SCHMALZ: *Lateinische Grammatik*, 5. edit. LEUMANN-HOFMANN (München 1928) 344, 2.

874: quae lignis *his* oriuntur.

«his» haplographia post *-is* (lignis) periit.

996: partibus *a* cunctis.

Metri causa et propter constantem usum praepositionalem pluralis «partes cunctae» addendum opinor *A*; (etiam «e» vel «in» inseri potest).

1075: concedere *tendit*.

«tendit» suppleo ex V 728, ubi infinitivus cum «tendit» in versus fine legitur.

1077: quo corpora com *venire*.

«venire» est antiqua forma pro *venere* (perfectum = *venerunt*); sic poëta plebejus scripsit. «com» = *cum*.

## II

42: subsidiis magnis *Epiri* constabilitas

*Epirus* propter rem militarem nobilis fuit. cfr. VEGETIUS: *de re militari* (Teubner) p. 29, 12. MANILIUS IV 690; error sic emanavit: *Epiri (recte), Epi-curi (falso)*.

EMIL ORTH

(*sequar*)

# ILIAS I

405 *Tu tamen adveniens, ejus, dea, vincula solvis,  
Centimanum subito ducens in culmen Olympi,  
quem Briareum divi, aet homines Aegaeona dicunt,  
qui patrem validis superabat viribus ipsum;  
qui Jovis ad solium consedit, honore superbus.*

410 *Dique, metu capti, non ausi necere vincla...*

*Ista Jovi memorans, conside et gēnua teneto,  
ut ferat auxilium Teucris viresque secundas;  
sed contra naves et in aequora pellat achaeos  
praecepites, ut persolvant perjuria regis,*

415 *ac crimen fateatur Atrides, Rex Agamemnon,  
ausus in eximium jaētare opprobria Regem».*

*Huic, lacrimis perfusa, Thetis responsa remittit  
Hei mihil Quo fato miserum te, nate, creavi?  
In ratibus, liber curis lacrimisque, sedere  
420 deberes, quoniam brevis est tibi terminus aevi.*

*Nunc vero vitam nimis, o, miseramque brevemque  
Parca tibi nevit nascenti in sede superbal...*

*Oratura Patrem Divum, qui fulmina torquet,  
ipsa tibi ascendam, nive candens limen Olympi...  
425 Interea in ratibus velocibus ipse quietus,  
ut plecas danaos, penitus te subtrahere pugna!*

*Namque heri in aethiopas iter oceanumque tetendit.  
Juppiter, ad mensas conviva; Diique secuti.  
Ter quarta veniente die, remeabit Olympum.  
430 Tunc vigil ipsa tibi Jovis aerea teēta subibo,  
effusura preces, quibus, arbitror, annuet ille».  
Sic effata, abiit, natumque reliquit ibidem,  
iratum causa pulchrae comptaeque puellae,  
quam vi sustulerant injuste. Haec inter Ulysses  
435 ad Chrysen pervenit, agens dona atque hecatomben.*


*Ut primum subiere sinum portumque profundum,  
vela quidem replicant servantque in nave nigranti.  
Sed malum ad crates, contractis funibus, arcent;  
mox in perfugium deducunt remige puppim.*

440 *Ancora tunc jacitur funesque ligantur in aēta.  
Ipsi in flūdifragam procedunt ordine arenam,  
ac Phoebo expediunt hecatomben sacraque dona;  
denique Chryseis volucri de nave coruscat;*

*Misaēl VAZQUEZ, S. J.*

# NOVA ET VETERA

## Romanorum vehicula, — I



non nimium prementibus; idonea veste, id est, tunica et toga cooperitur.

Cum autem eques iter facere intendit, accedit primum stabulo, seligit aptio-rem sibi pro itinere equum, ejusque soleas<sup>3</sup> pedibus affixas inspicit ut firmae sint;

*Omnis nostra oratio ne siccitate quadam laboret dum res anti-quas proferimus ac nominamus, ad divitem virum conferimus, Flavium Romanum, cui forte complura et tempore et natura distantia et dissimilia tribuemus; viri ergo eruditii —lectores nostri— id in sequentibus picturis memoria teneant. Omnia igitur quae variis rei publicae et impo-rii temporibus in usu fuerunt uni tribuemus Flavio nostro Romano ut res omnes facilius commodius que enarremus. Ea tamen solum modo proferemus quae utiliora videbuntur ne nimis memoriam mentemque fatigemus; alia con-ferri possunt apud antiquarum rerum scriptores.*

*Ut autem et nomen et res huic Sectioni Nova et Vetera respon-deant, primum de rebus antiquis agemus, deinde in alio articulo de bodiernis: quam agendi ratio-nem in posterum constanter sec-tari conabimur.*

Flavius Romanus nobilis est vir, qui itinera in de-liciis habet; ut ergo negotia exsequatur, studiis vacet, amicos et monumenta invi-sat aut vitae fastidium et aegritudinem effugiat, saepe viae se committit.

Flavius, sicut ceteri ro-mani, raro pedibus iter fa-cit; si id tamen, calceis bene soleatis<sup>1</sup> calceatur<sup>2</sup>, pedes

ephippium <sup>4</sup> insternit, quod, ne devolvatur, cingula <sup>5</sup> succingit; os equi freno <sup>6</sup> constringit, frontalia <sup>7</sup> capiti imponit, habenas <sup>8</sup> adnectit ad equum commode moderandum.

Si quae onera in agrum advehanda, eaque levia sunt, Flavii servi validum seligunt equum aut mulam, cui in capite capistrum <sup>9</sup> alligant ut contineri possit; in dorso, ad frigus vel sudorem vitandum, stragulum <sup>10</sup> insternunt, clitellas <sup>11</sup> et sellam bajulatoriam <sup>12</sup> imponunt, pectus antilena <sup>13</sup> cingunt et sub cauda et posterioribus coxis postilena <sup>14</sup> alligant.

Flavius habet etiam magnam copiam vehicularum omne genus; in primis currum a parte postica apertum, birötum, vectum duobus quattuorve equis ad temponem <sup>15</sup> alligatis; bigae <sup>16</sup> dicuntur cum duo, quadrigae <sup>17</sup> cum quattuor sunt equi ad currum juncti sub uno jugo; quos bijuges aut quadrijuges equos bigarius <sup>18</sup> et quadrigarius <sup>19</sup> agunt. Illis utitur Flavius ad amicos et hospites per Urbem aut in itinere vehendos; sed in primis bigas et quadrigas adhibent qui in circo aut stadio currunt, aut publicas supplicationes aut triumphum celebrant.

Flavii raedarius <sup>20</sup> raedam <sup>21</sup> moderatur, vehiculum quattuor rotarum gestans in primis hominibus idoneum; cisiarius vero agili insistit ciso <sup>22</sup> duobus tantum rotis instrutto, quo utitur Flavius cum iter celeriter confidere debet. Sed et lecticam <sup>23</sup> paratam semper habet, qua cubans vel jacens servorum umeris, in urbe praecipue, deliciarum causa, fertur. Lectica ornatur pulvino <sup>24</sup> seu cervicāli, lectulo plagulisque <sup>25</sup>.

Praeterea Flavius habet carpentum <sup>26</sup>, vehiculum birötum, capso <sup>27</sup> coopertum, quo uxor ejus Terentia utitur — carpentum enim nobilium est matronarum proprium, sicut et pilentum <sup>28</sup> quod tamen ludorum et sacrorum causa solum modo Terentia adhibet.

In ea carruca <sup>29</sup> — quam vides — non nulli amici feruntur, qui Romam visendi causa adveniunt, carruca autem a viris honoratioribus et a feminis adhibetur; quattuor constat rotis.

Neque forte Flavio deerunt petorūtum <sup>30</sup>, vehiculum gallicum quattuor rotas habens et mulis vectum et essēdum <sup>31</sup>, vehiculum birotum gallorum et britannorum vehendis hominibus et oneribus aptum, sed in bello praecipue usurpatum; ex eo enim belgae, galli, britanni pugnare solent. In urbe tamen, ut apud Flavium, ad onera vectanda et ad iter faciendum usurpantur.

Flavius autem Romanus cum sit dives, alia quoque possidet vehicula quae ad onera vehenda inserviunt; in primis plaustra <sup>32</sup> quae apud rusticos maxime sunt in usu et mulis bobusque trahuntur. Multiplicis sunt generis, nam vel omni ex parte vel ex postica tantam conteguntur vel sunt omnino aperta. Plaustrum autem fere est birotum, ejus tamen rotæ <sup>33</sup> radiatae <sup>34</sup> non sunt, sed ex solidis tabulis factae, quae tympana <sup>35</sup> vocantur; sunt etiam plaustra majora <sup>36</sup> quattuor rotarum. Agricultae et servi Flavii carros <sup>37</sup> quoque et bennas <sup>38</sup> vimineas et quadratas in cottidianis vectiōibus adhibent; carri autem et bennae fere quattuor rotis volvuntur.

Tot vehicularum genera saepe opus est reficere, cui negotio sollertissimi

plaustrarii seu vehiculorum artifices <sup>39</sup> praesunt. Hi rotas conficiunt et tympana, i. e. primum, medium rotae seu centrum parant, quod modiolus <sup>40</sup> vocatur; ex eo autem procedunt radii quos absidi <sup>41</sup> seu circulo ligneo insigunt, deinde cantho <sup>42</sup> seu ferro externo cingunt. Cum duae rotae paratae sunt connectuntur, sub plastro, axi <sup>43</sup> seu ligno circa quod rotae vehiculi convertuntur; deinde tigna oneraria internuntur et reliquae currus seu vehiculi partes.

## VOCABULARIUM

1 bene soleatus, con buena suela.	23 lectica, litera.
2 calceare, calzar.	24 pulvinus, cojín, almohada.
3 soleta, herradura.	25 plagula, cortinaje.
4 ephippium, silla.	26 carpentum, «carpento».
5 cingula, cincha.	27 capsus, carrocería.
6 frenum, freno.	28 pilentum, «pilentó».
7 frontalia, ium, testera, frontera.	29 Carruca, carroza.
8 habenae, arum, brida, riendas,	30 petoritum, «petorito».
9 capistrum, cabestro.	31 essedum, eseda.
10 stragulum, manta, sudadera.	32 plastrum, carro.
11 clitellae, arum, albarda.	33 rota, rueda.
12 sella bajulatoria, basto	34 radiatus, radiado, con rayos.
13 antilena, pretal.	35 tympanum, rueda maciza.
14 postilena, baticola, grupera.	36 plaustrum majus, galera.
15 temo, onis, lanza del carro.	37 carrus, i, carro.
16 bigae, arum, biga.	38 benna, galera, carreta.
17 quadrigae, arum, cuadriga.	39 plaustrarius, vehiculorum artifex, carretero.
18 bigarius, cochero de una biga.	40 modiolus, cubo de la rueda.
19 quadrigarius, cuadriguero.	41 absis, idis,
20 raedarius, conductor de una reda.	42 canthus, i, llanta.
21 raeda, reda.	43 axis, eje.
22 cisum, ciso.	

## ALIA VOCABULA

tolutim ire, incedere, trotar.	equus calcitrosus, calcítro, onis, caballo coecedor.
citato equo contendere, cursu incitatissimo ferri, galopar.	verédus, caballo de posta.
citato equo, cursu incitatissimo, a galope.	injicere equo ephippium, ensillar.
calcitrare, cocear, echar coces.	strigilis, almohaza.
calcitrum, coz.	subjicere soleas pedibus equorum, berrar..
	auriga, cochero.

## PROVERBIA

*In trivio sum: dubito, incerti sum animi:  
Estar entre espada y pared.*

*Festina lente: sat cito pergit viam qui sat bene:*

*Despacio que tengo prisa.*

*No por mucho madrugar amanece más temprano.*

*Citis quadrigis vel Jovis quadrigis fugere: quam ocissime fugere:  
Pies ¿para qué os quiero?  
Poner pies en polvorosa.*

JOSÉPHUS M. MIR, C. M. F.

# ACENTO GRIEGO

Para fijar la unidad del acento griego, nuestro designio principal, y discernirle inmediatamente de sus propias vicisitudes, signos y grados, conviene precisar algunos conceptos fundamentales.

## I. ACENTO Y TONO

A. *Acento*. — La palabra *acento* posee cierto sentido general, que abarca a todas las modificaciones del sonido silábico. En este sentido emplearon los griegos el plural *προσῳδίαι*.

Pero le damos de ordinario una intención restrictiva. Alguien, como J. Vendryès (*Traité d'accentuation grecque*, Klincksieck, Paris, 1929), quisiera reservarla para la intensidad. Lo general es, sin embargo, llamar *acento* indistintamente a la intensidad y al tono, definiéndolo así: aquella fuerza o aquella altura de voz *que hace destacar una sílaba* sobre todas las demás de una misma palabra. Retengamos lo subrayado.

Ahora solamente nos importa el acento de altura o tono.

B. *Tono*. — Paralelamente hallamos aquí un sentido elemental, en el que vale la igualdad *τόνος* = *φωνή*. Porque toda *φωνή* es ya una tensión de las cuerdas, una vibración, una elevación, produciéndose uniformemente las alternativas en esos tres momentos consecutivos. La distensión completa de las cuerdas reduce el sonido, la voz, a la postración, a la afonía pura.

Pero no es esta tonalidad genérica, consiguiente a cualquiera tensión, normal a todo sonido, la que interesa, sino una especial, sencillamente, la mayor altura de voz en una palabra, aquella que hace sobresalir a una sílaba de todas las demás, *el tono como acento*.

Siendo, pues, el tono elevación por excelencia, le llamaremos simplemente *la elevación, la culminación fónica de toda palabra*. De esta culminación abajo no hay más que *atonía*, ausencia de acento.

## II. EL TONO O ACENTO GRIEGO

El acento primitivo griego, del que se trata, herencia del indoeuropeo, era tónico. Con lo que se quiere decir por lo menos que el tono llevaba la preponderancia sobre la intensidad, que casi seguro le acompañaba siempre.

De él conocemos testimonios a partir de Platón. Citaremos solamente el suyo, el de Aristóteles y el de los alejandrinos. Todos vienen a identificar el tono o acento con *ἴξιτης* u *ἴξεια* (*προς*).<sup>o»</sup>

A) *Platón y Aristóteles*. — Se ocupan del tono el primero en «Cratilo», (Ed. Les Belles Lettres, 1931, pág. 74), el segundo en «Poética» (id. id., 1932, pág. 59).

Aristóteles se limita a registrar la diferencia que existía entre unas sílabas y otras *ἴξιτητι, βαρύτητι*: *καὶ τῷ μέσῳ*, es decir, porque *en unas se elevaba la voz, en otras no se elevaba, en otras coexistían elevación y depresión de la voz*. Es de no-

tar que B. L. traduce τὸ μέσον por *intermedio*. Parece, sin embargo, más conforme a la realidad de la pronunciación la versión indicada.

Las expresiones de su maestro Platón determinan lo que ellos entendían por ὁὗτης. Claramente la identifican con el tono. Desde luego, que ambos denominen ὁὗτης a una elevación de la voz parece insinuar que esa elevación era la mayor, la agudeza, la culminación. Pero es que Platón además se refiere concretamente a la altura de voz que hacía resaltar a una sílaba de las demás en una palabra, es decir, al tono o acento. Aparte la intención que tenga el uso del plural ὁὗτητας, que B. L. traduce por *acentos*, lo declara Platón con el ejemplo que pone y que nos basta. En efecto, al convertir la locución Δὺ φίλος (amante de Dios) en nombre (Διφίλος, amado de Dios) y perder la sílaba φι la ὁξεία, que se traslada a la sílaba primera, lo que pierde es el relieve fónico, es decir, el tono. Ὁὗτης, pues, igual a tono. La falta de ὁὗτης, que se llama βαρύτης, es sencillamente atonía.

B) *Los alejandrinos*. — Expondremos las enseñanzas transmitidas principalmente por Herodiano de Alejandría (s. II de Cr.) en su «Prosodia». De ella conocemos sólo fragmentos, publicados por C. Lehrs (Tres obras de Her., Königsberg. 1848); A. Lentz (Her. techn. reliquae. Leipzig. 1867) y Hilgard (Excerpta ex libris Her. techn., Heidelberg. 1887).

Los alejandrinos afirman, por de pronto, del τόνος, una de las προσῳδίαι, que era ἀνάτασις ψωνῆς, elevación del sonido. Donde se ve claro que el tono es un accidente del sonido en general.

Dicen más: que ὁξεία y περισπωμένη (προς.) son tonos κυρίως, *propiamente*, mientras que βαρεῖα no lo es sino *impropriamente*, οὐ κυρίως. Como llamamos modo al indicativo, siendo precisamente carencia de él. Aquí pueden justificarse las expresiones corrientes: βαρὺς τόνος, βαρεῖα προσῳδία.

Todavía más: como aclaración de lo anterior añaden que βαρεῖα es tono συλλαβικός, es decir, la elevación común a toda sílaba pronunciada, constituida en sonido. Por eso explican intencionadamente: toda palabra —λέξις— que lo recibe, supliendo a ὁξεία, concretamente en la última sílaba, se pronuncia con adormecimiento —κοιμητικός— mejor, καθ' ὄμαλον, a nivel, sin que sobresalga ninguna sílaba, esto es, sin tono. Y todo porque desapareció ὁξεία. Luego ὁξεία (de περισπωμένη hablaremos después) era tono legítimo precisamente porque producía el desnivel, la ἀνάτασις o elevación por la que una sílaba excedía a las demás; en suma, porque era la culminación fónica de toda palabra. La βαρεῖα, que rasaba a todas las sílabas, era simplemente atonía, ausencia de acento.

### III. UNIDAD DEL TONO GRIEGO

De todo lo que se acaba de exponer salta a la vista una conclusión breve y terminante: la unidad del tono griego. Uno en naturaleza, único en número.

Su naturaleza es simple: culminación fónica. No mayor o menor elevación, sino la mayor elevación del sonido en una palabra. Además, único en

número. Cada palabra tiene sólo una culminación: la que da eminencia a una sílaba sobre las demás. Se trata del tono propio o nativo. Puede admitir algún adventicio.

Este tono es el que se llama comúnmente *agudo*. Su nombre es, sin embargo, *agudeza, culminación*, de *ἴξιτης*.

No se diga, pues que existen tres tonos en griego, ni dos, ni uno o dos principales y otro secundario. A lo más, uno propio y otro impropio. Aunque siempre será lo mejor, por más verdadero, excluir a *βαρύτης* y contar a *τὸ μέσον*, como caso particular de *ἴξιτης*, según vamos a ver, con una advertencia; para discriminar eficazmente el tono y sus vicisitudes de los signos correspondientes, además de una diferente denominación castellana, les daremos una aplicación distinta de la misma terminología griega: nombrando el tono con el substantivo, y los signos con el adjetivo.

#### IV. VICISITUDES DEL TONO GRIEGO

Pueden señalarse tres, a saber: su *existencia* (*ἴξιτης*), su *desaparición* (*βαρύτης*), su *coexistencia* (*τὸ μέσον*). Nos interesan las dos últimas.

A) *Desaparición*. — *βαρύτης* se refiere a toda ausencia de acento, sea por inexistencia, sea por desaparición. Tocaremos sólo este último caso. El tono puede desaparecer de una sílaba para trasladarse a otra dentro de una misma palabra; puede desaparecer de una palabra, por ej. cuando se encuentra en sílaba final y en las condiciones requeridas. Hay quien pretende sea esta desaparición última sólo un descenso de grado, como parece confirmar la música de Delfos, etc. Pero, sobre que la música no nos presta argumento genuino, está clara la doctrina de los alejandrinos acerca de la total ausencia de tono en dicha situación.

B) *Coexistencia*. — En una sílaba larga coexisten siempre *ἴξιτης* y *βαρύτης*. Escojamos el caso en que ésta va en el segundo tiempo y aquélla en el primero. A esta combinación la llama Aristóteles *τὸ μέσον*. Se comprende que esta sucesión modifica bruscamente la voz. Esto era, para los griegos, *περισπάν*, torcer en sentido contrario. Cualquiera ve que estas circunstancias no constituyen un tono aparte, tono prolongado, como dirían algunos, sino una modalidad del tono, que existe en el primer tiempo y desaparece en el segundo.

#### V. SIGNOS DEL TONO GRIEGO

Esta triple contingencia del acento griego se manifiesta gráficamente con tres signos, que se llaman *agudo* (*όξεια*) para la primera, *grave* (*βαρεία*) para la segunda y *circunflejo* (*περισπωμένη*) para la tercera.

El grave debiera signar cualquier caso de ausencia del acento, pero se le emplea sólo cuando desaparece en última sílaba. El circunflejo o *περισπωμένη* significa retorcido, por su figura y por lo que representa. Según los gramáticos, *περισπάν συλλαβήν* era signarla con circunflejo.

## VI. GRADOS DEL TONO GRIEGO

El tono es la culminación fónica de una palabra. Pero esta distancia de una sílaba a las demás puede ser mayor o menor, es decir, admite grados, atendidas diversas circunstancias, v. gr. la variedad de los individuos, del género hablado, de las mismas palabras pronunciadas, el distinto lugar que ocupe el acento en una palabra, etc. Como las circunstancias son muchas y muchas sus combinaciones, resultan infinitos los grados del acento, tanto que no se puede establecer una ley fija. Cada caso es único. Sin embargo, parece, según el testimonio de Dionisio de Halicarnaso, que no pasaba de una quinta el grado más alto.

No tocaremos el punto de la influencia indudable que ejercen estos principios sobre las reglas de la acentuación. Quedémonos aquí, con haber intentado precisar conceptos sabidos y aun admitidos, pero cuya expresión tal vez sea necesario rectificar.

JOAQUÍN REGODÓN, C. M. F.

## BIBLIOGRAPHIA

M. BASSOLS de CLIMENT. — «*Sintaxis histórica de la lengua latina*». Tomo II.

1. Las formas personales del verbo.  
Escuela de Filología, Barcelona, 1948.

Gratissimo criticorum lectorumque judicio de primo hujus operis volumine provocatus Auctor, operi instantium in eoque studium ingens multamque operam ponendam est arbitratus, ut, quae praecipue de latina syntaxi ab hodiernis quaeruntur, summo ingenio exquisita que doctrina tractata, litteris typisque mandaret.

Alterum hoc volumen prioris indelem rationemque exhibet, uno tamen —nec aspernando— discriminé, quod uberior de syntacticis romanarum linguarum vicibus tractat. Nihil est profecto tam cum latina syntaxi conjunctum quam nostra, ut omnino quaedam quasi latinae continuata syntaxis esse videatur. Ex quo efficitur ut quanti sit momenti cum ceteris tum maxime hispanis philo-

logis quoddam veluti in tabularium referre non solum res syntacticas quae latinae ceterisque linguis convenient, sed etiam quae discrepant differuntque.

Non est Auctor nescius fore ut hic suus labor in varias contentiones dissensionesque doctissimorum incurrat; nam cum multae res in philologia nequam satis adhuc explicatae sint, tum perdifficilis et perobscura quaestio est de syntactica linguarum romanarum mutatione. In qua eo magis Auctori fuit elaborandum, quod pauci admodum his de rebus libri scripti proferuntur.

Nos autem —quoniam id quidem licet illi existimare, qui legerint—, totum hoc de Historica linguae latinae Syntaxi volumen omnibus, ut ajunt, numeris absolutum esse arbitramur; in quo Auctor, quantum potuit, non modo quid sibi probaretur, sed etiam quid a singulariis philologiae disciplinis diceretur, persecutus est.

JACQUES PERRET. — «*Latin et culture*». Desclée de Brouwer, Bruges, Belgique.

Gravia et utilia eaque accurate ab auctore disputantur, hisque imprimis liber dicatur qui gravissimum instituendi pueros officium suscepserunt; tum etiam iis omnibus qui vel instaurare vel augere humanitatem conantur. Quibus persuasum esse velit auctor studia latinitatis inter conatus ut quisque ad humanitatem accedat esse adscribenda.

Libellus in quattuor dispescitur capita, in quibus elaborata disceptatione psychologica optima legendi methodus constitutur; multa critice ac historice de litteris latini quaeruntur; Interpretandi genus optimum de medio fonte aestheticarum quaestionum deducitur; scopus denique et futurum latini sermonis, vel rei publicae ratione habita, in controversiam doctissime ducuntur.

P. ENRIQUE BASABE, S. J. — «*Manual de Estilística Latina*», «*Temas estilísticos*», Tomos I y III. «*Temas de Composición griega*». 2 tomos, Analogía y Sintaxis. Edit. «Razón y Fe», Madrid, 1948.

Cl. Pater Basabe, ut ipse semper cum Graecis Latina conjunxit, idem alumnis censem faciendum, ut pares sint in utriusque sermonis facultate. Quam quidem ad rem, ille, ni fallor, magnum his libellis attulit adjumentum adulescentulis nostris, ut multum in utraque lingua assequi possint.

Ad orationem latinam castigatam plentoremque efficiendam, sine assentatione dicam, prodeunt libelli hi thematum, quibus praeest «*Manuale Stiltisticae*» quarto jam editum et ad optimam tradendi rationem elaboratum. Themata collecta atque ad hispanos de italiis conversa ea sunt quae jam pridem clausi. J. B. Gandino Professor conscripserat, quaeque ceterum familiarissima lectoribus nostris esse censemus.

De duobus autem opusculis thematum graecorum satis erit dictum si hoc unum adjunxero; ea optima esse ad scribendi exercitationem.

MICHAEL ANTONIUS CARUS. — *La canción a las ruinas de Itálica*, del Lic. R. Caro, con Introducción, Versión y Notas; publicada por J. M. Rivas Sacconi, Ed. Voluntad, Bogotá, 1947.

M. A. Carus latinam poësim ferventissime excoluit, nec unquam ab hac exercitatione, quam veluti perfugium in adversis rebus arbitrabatur, abscessit.

«Libellus hic — scribit litteratissimus auctor — tanquam specimen prodit majoris operis, varia ac plurima poëmata complectentis e diversis linguis a me latinis versibus redditæ et notis illustrata». Haec inter Ruderici Cari «*Cantio ad Ruinas Italicae*» recensetur; quam tamen interpres studiosissime perpolivit, eamque, tanquam suarum specimen latinarum interpretationum, primam reddidit.

In hoc libro confiiendo plus operae curaeque quam in ceteris impedit, eumque prolixius atque eruditius commentariis locupletavit. Mihi quidem ita jucunda hujus libri lectio fuit, imprimisque latinae poëmatis interpretationis, ut non modo nullam attulerit animo defatigationem, sed efficerit molles etiam atque jucundas horas quas in eo legendo consumpsi.

TEXTOS «PALAESTRA». — P. V. Zuluaga, C. M. F.: *Horati Carmina Selecta*; P. M. Ramos, C. M. F.: «*C. Nepotis Vitæ*»; P. R. Sarmiento, C. M. F., «*Martialis Epigrammata*».

Novissima haec opuscula in PALAESTRAM deducta salutamus: imprimisque novum *Horatium*, in quo legendo hoc mihi persuasum est, Ptrem. Zuluaga diligentissime Poëtam nostrum percepisse. Nam cum eruditas notulas adhibet,

tum etiam illud laude dignius, quod interdum locos, qui perpetuo vtiliose interpretati fuerant, ad genuinum sensum reducit. Mythologicis ceterum atque grammaticis annotationibus libellus abundat, ita tamen ut breviusculus de metrica horatiana commentarius desideretur.

De novo autem NEPOTE hoc dicam, P. trem. M. Ramos et sollertissimum in seligendis *Vitis* fuisse «quibus libris — ut verbis Nepotis utar — nihil potest esse dulcius iis qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum», et mirum in modum discipulis suaeque modestiae consuluisse: namque eo judicio notulis opus conspersit, ut iis ad alumnorum utilitatem, non ad sui ipsius ostentationem uteretur.

Ut jam ad MARTIALEM nostrum perveniamus, jam diu in PALAESTRA acutissimus Bilbilitanus desiderabatur, idque —ut bene P. Sarmiento— non solum quia hispanus, sed etiam quia maximus epigrammaticorum semper est habitus.

Hispani e VIº cursu alumni Ptri. Sarmiento gratiam quam maximum referent ob studium ac diligentiam adhibitam in hac opella elaboranda.

I. MAULEÓN

GOOSENS G. — *L'Art de l'Asie antérieure dans l'antiquité*, Office de Publicité, Bruxelles, 1948.

Libellus, de quo notulam scribimus, plus, quam ex ipsa inscriptione seu titulo appareat, extenditur. Neque enim ad hodiernam Asiam Minorem tantum restringitur, neque artes, quae dicuntur, plasticas a. Ch. solum perlustrat, sed etiam omnes terras ab India usque ad Mare Latinum atque ab initio ad mahometismi adventum sese extendit. — Libellus et claritate commendatur et brevitate; catalogum tamen in eo invenies et quasi compendium artium ab antiquissimis gentibus excultarum, quarum rationes in quovis artis opere ab auctore

ponderantur. — Judaei tamen non quidem naturae odio, sed ex prohibitione a lege sancta, ab exculturis abstinent.

F. ALBA, C. M. F.

TOVAR A. — *Aristóteles, la Constitución de Atenas*, edición, trad., notas y estudio preliminar. Instituto de Estudios Políticos. Madrid, 1948.

Probandum sane quod Dr. A. Tovar, egregius philologus, opus Aristoteleum longe ejusdem scriptoris graeci litteris excultissimum edidit. Et quamvis a. 1926 in lucem prodierit editio catalana Fundacionis Bernat Metge, haec tamen Dris. A. Tovar prima hispanica censenda est editio. Cujus versionis curiosa et elaborata praefatio, nitida ac venusta typorum excussio diligens in rebus, historicis investigandis industria, accurata in interpretando Aristotele versio: sunt praececellentes libri virtutes.

A. PLANAS, C. M. F.

COLECCION DE CLASICOS GRIEGOS ESCOLARES, Introducción y notas del Rdo. P. Miguel Balaguer, Sch. P.: *Ciropedia* (libro VI) de Jenofonte; *Odisea* (libro XI), *Iliada* (libro I), *Iliada* (libro VI), *Iliada* (libro XI), *Iliada* (libro XIX), de Homero, Bosch, Barcelona

*Anábasis* (libro I), de Jenofonte; *El Egipto*, de Heródoto; *Critón*, de Platón; *Edipo Rey*, de Sofocles; *Prometeo*, de Esquilo; *Evangelio*, de San Lucas. Edit. Bibliográfica Española, Madrid.

Rdus P. Michaël Balaguer optimum factu duxit si illam Scholarum Piarum perpetuam traditionem in excolendis litteris graecis ac latinis continuaret. Cui rel animum mentemque totam tradidit aptisque voluminibus selecta ex graecis fragmenta alumnis proposuit vertenda. *Dictionarium* quoque exaravit, quod in sequenti fasciculo recensemus.

# Palaestra Exercitatoria

## Sancti Joannis Josephi a Cruce Apotheosis

*Adm. Rdo. Patri Joanni Josepho Gómez,  
Provinciae Seraphicæ Carthaginiensis Mi-  
nistro Provinciali humillima oblatio.*

*Stellis triumphans, Iscla, mitentibus  
Caput superne consere, nam pio  
Gaudes alumno, quem beatis,  
Caelicum resonante plausu,  
Deus merentem sedibus intulit;  
Tunc elocuto in culmine siderum  
Sanctis Minorum Patriarcha,  
Conciliumque probante Christo:  
«Advertite ergo, plebs pia Caelitum,  
Serena nostro lumina filio,  
Quem lucida vidistis aula  
Jam meritam rapuisse palmam.  
»Non efferatis ille cohortibus,  
Fretusve destraæ viribus impotens,  
Non funera et terris minaci  
Fronte gerens violentus olim,  
»Sed solus alti rohore pectoris  
Innixus, arces surgit in igneas,  
Ac ipse Jesus nunc fidelem  
Laetitia pugilem recingit.  
»Carni reluctans fortiter ingruit,  
Mentemque sacris subdidit impiger,  
Et vana queis cundi trabuntur  
Ille tenax validusque sprevit.  
»Plebis Minorum nomen ad exteris  
Provexit oras, reddidit aureos  
Mores meorum: almo et potita  
Parthenope fruitur cliente.  
»Virtute quidquid sis meritus bene  
Nunc, o Joannes, praemia suscipe,  
Et laureis vincetus caduci  
Temporis binc quatias ruinam!»  
Sic est profatus Legifer, et nitor  
Affulxit almo vulnere pectoris:  
Stupente Coetu, accepit alto  
Summa Trias gremio Joannem...  
.*

*O qui bearis lumine siderum  
Cedas olympi sedibus, et bonus  
Provinciale nunc supernis  
Muneribus recreato Patrem!  
Fr. Alphonsus ORTEGA, O. F. M.  
Hellín (Albacete), VIII kal. septembres.*

## Procella

*Solis ardantis faciem repente  
subter obscuras latitare nubes  
tristis observo videoque terra  
lumen abire.  
Solis elapsa radiante luce,  
atra confestim tenet umbra quantum  
visus attingit tenebrisque totum  
induit orbem.  
Aeolus vastum jaculatur aequor  
turbidis ventis, pelagusque caelum  
fluctibus crebris quatit et minaci  
murmure mugit.  
Stella, quae nautae rutilans sereno  
fulserat caelo, subito pudore  
tacta, ploranti misero recusat  
mittere lumen.  
Supplici caelum manet obseratum;  
fulmen, irati Domini flagellum,  
emicat, caelo stiepitu fragoso  
labitur imber.  
Pone nunc iram, Deus ultionum!  
heu, vide quanto rogitet dolore  
nauta qui noxae patitur rigorem:  
parce precanti.  
Si Tibi Iudex feris insolentem,  
parce: Te viatus Dominum fatetur;  
si Pater punis bonus, ut remittas  
crimina, poscit.  
O Deus, grates Tibi providentii;  
ecce lux solis renovatur alma;  
concidunt venti, mare jam placatur,  
stella refulget.  
Ludovicus MARCOS VELA, C. M. F.  
e 2.º c Lycet  
In Collegio Beirensi.*

## Exercitationes scholares

### De Plauto Poeta

(PAL. LAT. n. 109, pag. 382)

Si nunc quaerimus, quae fuerit Plauti existimatio apud antiquos, occurunt in mentem dura verba Horatii, quibus reprobat cum stomacho patientiam aut potius stultitiam antiquorum qui mirati sunt numerum et leporis Plauti.

Haec magna severitas visa est injusta multis, qui statuerunt non standum esse judicio Horatii, qui cum indignaretur non probari a grammaticis illius temporis quod non esset antiquum, detraxit stomachosius scriptores antiquos; quod sedatione animo non fecisset.

EMMANUEL VERDE, C. M. P.  
e V cursu

Villue Rosaril, In Argentina

(Cfr. PAL. LAT. n. 110, p. 102)

At alii quidem censores, neque ii minore auctoritate praediti, laudibus magnopere Plauti comoedias extulerunt in iisdem praesertim quibus ab Horatio durius objurgatus est. Ac de salibus quidem censorem audiamus hujus generis acerrimum existimatorem Ciceronem, cuius auctoritas nequaquam minor est quam Horatii; qui in primo *de officiis* libro pertractans de salibus: Sunt duo —inquit— jocandi genera, unum indignum, petulans, reprehensibile, turpeque; alterum vero elegans ingeniosum, factum. Quo in genere —inquit— abundant non solum Plautus et pristina atheniensium comoedia, sed etiam socratici philosophi. Quibus verbis Cicero non negavit quidem Plautum abstinuisse primo illa jocandi genere, sed praesertim,

quae digna essent laude, consideravit, non tamen quae reprehendenda; quod contra fecit Horatius.

DANIEL BALLARÍN  
e VI Lat. c.

In aedibus Seminarii barbastrensis

(Cfr. PAL. LAT. n. 111-112)

Omnes fere veteres scriptores qui Plautum judicarunt, potius Ciceronis lenitatem, quam Horatii acerbitudinem sunt secuti. Ex illis enim aliqui insolitis eum affecterunt laudibus. Varro quidem in sermonibus primas illi tribuit, atque sententiā Aelii Stilonis, dicit, si Musae latine loqui possent, Plauti sermone illas locuturas. Aulus Gellius laudem suavitatis tribuit, eumque elegantiae et sermonis latini principem vocat. Macrobius tandem illum Ciceroni parem eloquenti faceteque dicenti judicat atque hanc rem ita ipsius fuisse asserit ut, post mortem, quae dubii scriptoris essent comoediae, ei propter jocorum copiam tribuerentur. Hi vero sales Sidonio Apollinari salsiores videbantur, quam illi comicorum graecorum. Praeter ceteros autem Hieronymus eis delectabatur, cui Plautina elegantia in proverbio, ut atticus lepos, fuisse videtur. Idem in epistula ad Pamphacium de interpretationis elegantia, Plautus et Caecilius —inquit— quamquam ad verbum atticos non transstulerunt, elegantiam tamen ex eis et decorum didicerunt.

B. TEJEDOR, A. SIERRA, M. ORGE,  
J. M. LOZANO, C. M. F.  
e VI c.

Xerae Equitum

# CURIOSA ET JOCOSA

## EPIGRAMMATA

### 238. — BELLULUM AC PARVI EMPTUM

- Quanti, Rufe, tibi tam pulchra catenula, venit?  
— Nescio, nam, domino forte cubante, tuli.

### 239. — AEQUISSIMUS PUER

- Dic ubi sit cyathus Xerensis —Sorbuit illum  
libum, quod mandi vindice dente statim.

### 240. — IN MALEDICUM

- Dum tu, prout referunt, male de me dicece certas,  
ipse tuum contra nomen ad astra fero.  
At tamen est populus tam callidus atque malignus,  
ut merito ambobus deneget ille fidem.

### 241. — SAPIENS AVICOLA

- Dentibus aetatem pulli dijudico. — Numquid  
pullus habet dentes? Absit!, at ipse quidem.

### 242. — INFANTILIS PIETAS

- Dona, quaeso, mihi sextertia paucula, mater.  
— Quo pacto hesternis usus es? — Illa seni  
donavi cuidam. — Vetulo cur illa dediti?  
— Grata quod ille mihi vendere liba solet.

### 243. — CONSCIUS ERROR

- Ergo meum calicem juras te errore tulisse?  
— Ex auro calicem sum ratus esse tuum.

### 244. — INTER COMBIBONES

- Vis, Tite, communem ponamus uterque popinam?  
Tu vinum ponis. — Tuque, quid addis? — Aquam.

### 245. — MEDICUS SAGAX

- Affirmasne mihi profunda opus esse quiete,  
cum ne lingua quidem sit mea visa tibi?  
— Haud opus est linguam, jucunda clienta, videre:  
credas, huic etiam convenit alta quies.

### 246. — AD MENSAM

- Vis praebere salis micam, matercula? — Quare?  
— Si caro, quam longe spero, sapore vacet.

### 247. — IN THEATRO

- Domnula, pileolum deponas. — Estne molestus?  
— Multumil, nam veniet sponsa, paremque volet.

ISIDORUS MOULEÓN